

LI

M. cccc. Liiij.

Franciscus Philelfus Donato actiolo sal.
 Aetor equidē & gaudeo plurimū tibi oblatā fuisse
 I occasione ad me scribendi. Nam litteras ego tuas
 iccirco iam pridē desiderabam: q̄ te doctum esse di
 fertūq; audierā. Nec me sane mea de te sefellit opinio. Nā
 talem te mihi tua hęc una repræsentaui epistola: qualem
 esse existimabā: hoc est & benignū totū & fecundo quo
 dam liberaliq; ingenio. Itaq; nō possum non habere grati
 as tuo huic & iā item meo Bartholomæo collensi præstan
 ti iurisperito uiroq; perdocto & perhumano: quē in causa
 fuisse intelligo: ut mecū tandē aliquid loquereris. Cōmen
 datio autē tua quantū sit apud me pondus habitura: re ip
 sa cognosces indies. Nam nihil est: qđ malim q̄ & tibi & oī
 bus actiolis propter Angelū meū splendidissimū equitem
 auratum omni opera diligentiaq; mea gratificari. Vale ex
 Mediolano pridie nonas augustas M. cccc. Liiij.

Franciscus Philelfus Nicodemo tranchedino sal.
 Ccufarem ego te pfecto uel obliuionis: uel negli
 a gentiæ: nisi tuus mihi amor iā pridē p̄spectus eslet.
 Quo fit: ut istiusmodi oēm de re mea cunctationē
 dem occupationibus tuis: quibus quoniam iam magna ex
 parte solutus es: te rogo: ut quod mihi coram libēterq; re
 cepisti: non inuitus efficias. Vale Ex Mediolano idibus au
 gustis. M. cccc. Liiij.

Franciscus Philelfus Christofo Marliano sal.
 Ideo licere mihi tā q̄ pro meo quodā peculiari iu
 u re utrū & opera & officio tuo in omni re mea. Quid
 em̄ discipuli non debeāt præceptorib⁹: præsertim
 ijs: quibus se norint esse carissimos? Quod te non latet illu
 stris princeps Alexander Sphortia uir plane omī uirtute
 maximus mihi dono dedit anno superiore pannū rosei co
 loris: quo pro dignitate sua mufarūq; indueret. Is in hanc
 mihi diē seruat⁹ est integer. Nam ante non fuit usui. Nunc
 format⁹ in uestimentū: quod si minus pellitū fuerit: uideat⁹
 ineptius. Pelliri autē ab alio q̄ ab Alexandro: cuius est do
 num: haud qđ decere arbitrer. Itaq; isti dicitō meis uerbis: